CARMEN SECULARE,

AD DECORANDUM

CENTESIMUM,

ACADEMIÆ ULTRAJECTINÆ

NATALEM.



TYPIS JURIANI VAN PADDENBURCH.


WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

CARMEN SECULARE,

AD DECORANDUM CENTESIMUM, ACADEMIÆ ULTRAJECTINÆ NATALEM.

Feſta vocant, ſero demum renovanda nepoti,
  Quae noſtrum nullus forte iterabit homo;
Feſtaque, pro ſecli fauſto renovamine docti,
  Eliciunt calamo carmina laeta meo.
Scandite Parnaſum, Phaebo comitante, ſorores;
  Gaudia cum noſtris junge Thalia modis:

Brachia tolle cohors, manibus, Heliconia, motis,
Terpſichore laetis luxuriante ſonis.
Vos quoque, ſi quæ ſint, Trajecti numina noſtrae,
Laeta ſimul feſtum concelebrate diem.
Quique prius noſtram fluxiſti Rhenus ad urbem,
A quo Trajectum nomen amœna gerit.
Curſus flecte tuos, patriasque relabere ad oras;
Urbs haec eſt Batavi gloria priſca ſoli.
Haec caput, haec ſedes, Clariae Laus ſumma palaeſtrae,
Hic ſua doctrinae ſceptra Minerva gerit.
Hic ſua divinae ſervant penetralia Muſae,
Aoniumque colunt, nomina magna, nemus.
Atria quae cernis, fauſtis patefacta Lyraei
Auſpiciis, (vitae ſed brevis ille fuit).
Suſcipit AEmilius; magna cum laude, relictae
Non minor ingenio, non minor arte, ſcholae.
Graevius hinc docuit, noſtrae decor unicus urbis,
Secula cui ſimilem vix tibi longa dabunt.

Cujus

Cujus Mnemoſyne cineres celebrabit amatos,
Doctrina inviſos effugiente rogos.
Nec, Burmanne, tibi tam clari nominis heres.
Non tribuet meritum. Patria grata locum.
Immerito exoſum, dulces quem linquere terras
Impulit, invidia, turba maligna, duce.
Quae quondam nigri ſtimulis Livoris adacta,
Nunc laude, emendat, facta priora, nova.
Et jubet aeternis ſua gaudia condere faſtis,
Diſcipulum docti, deliciasque viri;
Nec Drakenburgi, quîs tempora priſca relegit
Scripta ſoporiferis mellea merget aquis.
Qui premit impigri veſtigia gnava magiſtri,
Quique juventutem perpolit arte rudem.
Auſpiciis, Arnolde, tuis, ſic noſtra vigebit
Muſa, per indoctos quae temerata viros.
Sic tibi Trajectum, revireſcet priſca decoris.
Effigies, patribus tot decorata piis.

Unica

Unica ſic Batavae laudem ſortita palaeſtrae

Urbs, jactabis avos, nomina magna, tuos.

Candida dum cernis tandem tibi ſecla reduci,

Munera poſteritas quîs tibi grata ferat.

Jacobus Fabricius Burmannus,

J. U. Studioſus.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b31902534